adeo modes & siquis hinc sumpserit aduersus flabra uentorum aduer-
sus spiritus procellarum tua iussa facientes sit illis singulare perfugium
sit murus ab hoste fidelib; simul etiam qui te ut quia aduernantis anni
faciem passionis ac resurrectionis tuae tempus aptasti. cum post concre-
tas . hiemali torpore glebas . & infrenata glacie flumina nouellas fron
dium tunicas gemma conscendit . & cum auctore germinum domino nobis
omnia reuiuiscunt . da multiplices fructus in terris nostrum effice quod often
dis . & sacerdotis nostri uel totius cleri eius incolomitate seruata ubertatem
temporum sine aduersitate tempestate concede . IOHANNI ENNODIUS .

Vicem reddere nisi honore per diligentiam . amici pectoris restituta
laudatio . nec medium in praeconiis mittimus uidemur scabere adolationis
suspicione polluatur adfectio . & amor currat in uitium . dum illud
quod apud alios debemus facere nobis inconpetenter ingerimus . aman
tium enim ornamenta inter familiares paginas retinenda sunt nec loquenda
ne tantum conscientias nostras uacuis sensib; relatione laudis oneremus .
sunt ubi bona tua ut apud te propter adfectum taceam amice concelebrem .
In his quae de profectu tuo sentio religiosam tibi tantum debeo taciturni
tatem . possim quidem uitia temporis secutus laudes tuas nunc in exaustapo
catione reserare . & totam paginam fucatis colorare blanditiis . sed absit
hoc a proposito facessat amorib; ut quem mente teneo ista tantum uelle me e
remuneratione contemptum . tibi non delenifica orationem seduocem
debeo castigatus . non tibi pictis uerborum inludens artificiis . sed to
tum profundamente te retinens . possim dicere ad arcem scientiae sine
tenere aetatis praeiudicio peruenisti . summam perfectionis adeptus
es . nulla debes cura distringi . sed bonis tuis tamquam locuples possessor
ornari . sed haec sicut prae dixi a me . aliena sunt ore te parentis stimulo
dico sint licet grandia quae in cano eloquentiae flore polliceris . ego ta
men . nisi demersa non gratulor . ut solet auarus agricula qui ubertatem
anni . nisi in orreis non metitur . iam in te & si non grauidas aristas .
multo tamen uidemus laetetur gentes . iam prope ad aream uota peruenius
sed plus timendum est quotiens desideria nostra spes uicina succendit
labora ergo circa studia lucem in conloquiis dilige . lectioni deuoti
insiste . ut fructus eloquentiae multiplicium auctorum uentilat

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0036